

In quodlibet signorum donec manserit in eo.

Ex Leupoldo tractatu sexto de mutatione aeris.

**P**ro quartis anni consideranda sunt initia æquinoctiorū solstitiorum, & præcedentes coniunctiones, uel præuentiones luminarium, & angulicæ cæli, & domini prædictorum locorum omnium, nec non coniunctiones, & applicationes planetarum, naturæ signorum, & stellarum quæ in eis sunt ex fixis, & planetarum in se, & mansiones Lunæ. 28. demum regulæ, quas ponunt Astrologi de mutationis aeris præcognitione.

Propterea signa humida sunt ♄ ♃ ♀ & ♁. his additur ♁ & ♃. Partes quoque signorum humidæ sunt fines ♃, principium ♄ & ♁, finis quoque ♁, & initia ♁ & ♃.

Pluuiales natura sunt Venus, Mercurius & Luna.

Saturnus autem cum præfuerit anno absq; aspectu ♄, uel planetæ frigiditatem ipsius temperantis, frigus intimat, & magis cum fuerit ascendens a medio circulo suæ augis.

Iuppiter absq; aspectu alterius, uel cum Sole etiam aerem temperat, & facit uentos septentrionales, mediocrestamen.

Mars cum præfuerit anno absq; aspectu ♃, uel planetæ infrigidantis, hyemis frigora contemperat, æstatis calorem auget, & eo magis in signo calido, & si ascendat in circulo suæ augis.

Soluariat anni quartas secundum coniunctionem, & aspectus planetarum ad eum. Saturnus namq; cum Sole in hyeme absq; aspectu Martis auget frigus, in æstate calorem minuit, & eo magis in signis frigidis.

Venus autem quodcumq; uel sit cum Sole uel præsit anno, in uere, & hyeme humiditatem auget, in æstate & autumno siccitatem minuit, maxime in signo humido, & dum eam planeta siccus minime aspiciat.

Mercurius eodem modo cum ☿ qualitatem aeris uariat, & corrumpit uentos, maxime in humidis, & uentosis, in calidis uero, & siccis, siccitatem adauget.

Luna quolibet mense naturam, & qualitatem aeris commiscet, & temperat ex coitu Solis, quemadmodum Sol idem in anni quartis.

Ex eodem tractatu regulæ hæc compræhenduntur.

In reuolutione anni si ♄ in signo proprio est, multum pluet, in domo ♃, parum, in alijs mediocriter.

In con. uel oppositione luminarium, quæ præcedit reuolutionem anni si ♄ locum illum aspiciat, erunt fulgura, tonitrua, & lampades.

Annuales pluuiæ secundum Indos præsciuntur sic. In con. ☉ ♃, uel oppo. quæ præcedit reuolutionem anni in ♃, si ♃ aspiciat ♃, & ambo sint in signo humido, & non interceperit aspectus ♃, erunt nubes nigræ, & pluuiæ lenta & duras. Et si planetæ inferiores, uidelicet ♀ & ♃ ♃ aspiciant,